

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum XIV. Accedens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

beneficio proximè vacaturo deliquerit, teus  
conventus eum repellere potest, tametsi  
ipse quoque ejusdem delicti particeps fue-  
rit. Videri potest Georgius Eberhardus *rom.*  
*1. Consilio 36. n. 40.*

Causa autem dicti Capituli: *cum super.*  
longè diversus est ab isto, nam in eo Capitu-  
lo Clericus non fundabat se super pro-  
missione Canonici, sed nec eam confi-  
tebatur, ac proinde Capitulum allegans  
ejusmodi premissionem præcessisse, & ideo  
factam à se collationem, de jure repellendi  
debuit; at verò in casu hujus Capituli, Cle-  
ricus actionem suam fundavit super pro-  
missione facta seu expectativa contra La-  
teranense Concilium, & ideo propriam tur-  
pitudinem allegans repellendi potuit à Capitu-  
lo, licet hoc in pari delicto existeret.

2. Aliæ quædam exceptiones sunt, in qui-  
bus propriam allegans turpitudinem audi-  
endus sit, videlicet si periculum anima ver-  
tatur, aut de honore Sacramenti agatur, ut  
in causa matrimoniali *c. Tertio loco. 13. de*  
*præsumptionibus. c. consanguinitate. 11. de*  
*sententia, & re judicata.* vel si agatur de in-  
justo damno alterius, maximè Ecclesiæ, vi-  
tando, ut si Prælatus revocet alienationem  
terum Ecclesiasticarum à se male factam,  
allegans proprij delicti turpitudinem, quâ  
de re infra.

#### CAPITULUM XIV.

#### Acceden.

#### PARAPHRASIS.

Abbas, & Conventus promiserant alieni  
Clerico, se collatuos ipsi beneficium,  
quando potuerint; cum autem postea  
intermitterent, Clericus ab Innocentio  
III. judices delegatos super ea re impe-  
travit. Coram his comparentes Mona-  
chi exceperunt, quod eis promissione  
non tenentur, quia facta sit contra  
Concilium Lateranense, quod ejusmodi  
gratiae expectativa irritæ declarantur.  
Hoc cognito responderet Papa, aliud esse,

si Prælatus promittat, se beneficium col-  
laturum, cum potuerit, & aliud, cum  
vacaverit, quandoquidem in pluribus  
casibus facultas conferendi offerte se po-  
test, ita ut collatio non cadat sub ex-  
pectationem beneficij vacaturi. Erida-  
mandat Pontifex, ut Abbas, & Monas-  
chi, cum potuerint, dicto Clerico bene-  
ficium Ecclesiasticum assignent.

#### SUMMARIUM.

1. *Actio ex nuda promissione de Jure Co-*  
*nonicō oritur.*
2. *Mutata hujus Capituli constitutio-*  
*c. 2. eodem in sexto.*

**N**otandum primò. Ex nuda promi-  
ssione acceptata secundum forum Co-  
nomicum producitur jus, & actio, qui  
re dixi *in c. 1. de pactis.*

Notandum secundò. Episcopus, & Ce-  
pucū non prohibentur recipere Canonici  
cum promissione, quod præbenda ei con-  
ferre velint, cum potuerint, aut cum occa-  
sio se obtulerit, partim quia hac conditio  
& obligatio de jure ineficit, & ideo novam  
imponitur; partim, quia per eam promi-  
ssione non datur gratia expectativa be-  
neficij proximè vacaturi, cum alia occa-  
siones providendi se offerte possint, v.g.  
per novæ præbenda creationem, aut præ-  
benda divisionem, prout hic notat *Gl. 2.*  
*caſibus.*

Notandum tertio. Quod hujus Capituli  
constitutio mutata sit *in c. 2. eodem m. n.*  
6. ubi decernitur, ut talis promissio con-  
ferendi beneficij, cum occasio se obtrahat,  
vel cum potero, irrita sit, quia sub illa  
pollicitatione, tanquam pallio verborum,  
aperitur via ad præmittenda beneficia vi-  
catura contra Concilium Lateranense, &  
mortis alienæ votum ingeritur, Ecclesiæ  
ac Prælaturis, & Personis Ecclesiasticis gre-  
vamina plurima inferuntur; ideo prohibi-  
tur, & castigatur ibi quælibet talis promissio  
sub quovis modo, aut forma verborum de-  
cetero fiat.

Cap.